ꝙ solus deus remittit peccatū quantuȝ ad
maculam quam tollit ꝑ gratiam et quan-
tum ad obligationem ad penam eternam.
Sacerdos aūt peccatum remittit quantuȝ
peccatorem absolutum ostendit et a pena
purgatoria absoluit. Sed ipm̄ pene satisfa-
ctorie ligat et de ipa ꝑtem relaxat Quod
bene notatur in suscitatione lazari vbi so-
lus xp̄us ipm̄ a morte suscitauit Sed disci-
pulis tria cōmisit. Primo vt lapidem tolle-
rent. Secundo vt ipm̄ soluerent Tercio vt
eum libere abire ꝑmitterent. Lapidem em̄
tollere est penam purgatoriam in satisfa-
ctoriam cōmutare. Peccatorem absoluere
est ipm̄ a deo absolutum ostendere. Sȝ ꝑ-
mittere eum libere abire est ei ꝑtem pene
satisfactorie libere indulgere. ¶ Tercio fe-
cit eum principem apostoloꝝ. ideo scribitᵃ
iohā. i. Tu vocaberis cephas ideȝ est quod
caput ꝑ hoc insinuans ꝙ debuit esse caput
et princeps alioꝝ apostoloꝝ. ꝓpter qd̄ sibi
dicitur luce. xxij. Confirma fratres tuos. qd̄
bene patuit in barnaba et paulo quos ta-
men de p̄cepto spiritussancti ad p̄dicanduȝ
in gentibus mittere deberet ꝓ eis orauit et
eis manus imposuit et sic ipos in aposto-
los gentium confirmauit. ¶ Est aūt scien-
dum ꝙ ad istam dignitateȝ prelatōnis pa-
ter ipm̄ elegit quando sibi diuinitus diuini-
tatis misterium p̄ ceteris reuelauit mᵗ. xvj.
Caro et sanguis non reuelauit tibi sȝ pater
meus qui est in celis. filius aūt electum exi-
nanuit et hoc in duobus. primo in fide re-
cta quando dixit Quem dicunt homines es-
se filium hominis Cui petrus respondit Tu
es xp̄us filius dei viui. Secundo in dilectō-
ne sincera quando sibi dixit Symon iohā-
nis diligis me plus hijs. hanc autem inter-
rogationem ideo tercio iterauit vt ꝑ hoc
inueniret ꝙ prelati plus debent oues dili-
gere ꝙ̄ terrenam substantiam vel carnem
ꝓpriam seu vitam transitoriam Spiritus
sanctus vero electum et examinatum con-
firmauit quando in die penthecostes seip̄z
ad robur effudit Tunc em̄ spirissanctus si-
bi et alijs apostolis qui sunt sp̄uales colum-
ne ecclesie potuit dicere quod scribitur in
ps̄. Ego confirmaui columnas eius. Tota
vero trinitas petro sic electo sic examina-
to sic confirmato plenam iurisdictionem cō-
tulit quia potestatem plenam sibi dedit et
sup celum cum dixit. Tibi dabo claues re-
gni celoꝝ. et sup mundum cuȝ dixit Quod-
cunqȝ ligaueris sup terram erit ligatum et
in celis. Et sup infernum cum dixit Et por-
te inferi non p̄ualebunt aduersus eam.
Sexta p̄rogatiua eius attenditur in colla-
ti beneficij singularitate quod est triplex.
Primum est quia fuit efficatior in virtute
credendi luce. xxij. Symon ecce sathanas
expetiuit vos vt cribraret sicut triticum ꝛc.
In quo verbo primo insinnatur ꝙ eius fides
multum fuit a dyabolo temptata cum pre-
mittitᵃ Ecce sathanas expetiuit vos vt cri-
braret sicut triticum. hoc em̄ habet hostis
malicia ꝙ vbi inuenit locum magis munitū
ibi maiorem exercet impugnandi conatum
Secundo ostenditur ꝙ fuit ꝑ xp̄m valde
roboratus vnde scribitur. Ego autē rogaui
ꝓ te vt non deficiat fides tua. ¶ Tercio qd̄
fuit nobis oībus in exemplum ꝓpositus.
Et ideo annectitur Et tu aliqñ cōuersus co-
firma fratres tuos. ¶ Secundum est quia
fuit efficatior in virtute sanandi. Non so-
lum em̄ sanabat sicut apostoli verbo oratio-
nis sed etiam verbo iussionis sic patet act.
iij. in sanatōne enee Cui dixit Tibi dico sur-
ge et statim surrexit que erat mortua et ce-
pit loqui. Sanauit etiaȝ sola vmbra sui cor-
poris sicut patet act. v. vnde ponebant in-
firmos in plateis q ii ꝑ solam vmbram pe-
tri sanabantur. Sanabat nihilominus ꝑ so-
lam impositionem sui baculi vt patȝ in di-
scipulo ꝑ quinquaginta dies defuncto qui
ꝑ impositionem baculi beati petri statim
resuscitatus fuit. ¶ Tercium est ꝙ fuit effi-
catior in virtute orandi. Quod patet. nam
eius oratio aperiebat celum sicut patet act.
ix. vbi dicitur ꝙ sup ipm̄ in oratione positū
cecidit mentis extasis et videbat celuȝ ap-
tum Quandoqȝ etiam faciebat descendere
spiritumsanctum sicut patet act. ix. in ipsis
samaritanis quibus munus sp̄ussancti im-
petrauit Quandoqȝ etiaȝ expoliauit infer-
num sicut patet quando suscitauit illum de-
functum quem symon magus suscitare non
poterat ¶ Septima p̄rogatiua eius atten-
ditur in premij maioritate. Circa quod est
sciendum ꝙ si premium beatitudinis quod
deus cōmuniter p̄parauit omnibus diligē-
tibus se scd̄m aug. tantum est quod intelle-
ctu non capitur desiderium et vota trans-
greditur acquiri potest estimari non potest
Quantum ergo erit premiuȝ principis apo-
stoloꝝ ac doctoris gentium et alioꝝ apo-
stolorum qui fidem catholicam in omnes fi-
deles ꝑ suam doctrinam diffuderunt et ip-
sam ecclesiam suo sanguine plantauerunt
Et si istos beatos apostolos tantō honore
dotauit in mundo vt claues regni celestis
acciperent et thesaurum diuine potentie
et diuine sapientie vel sapientiaȝ in plena
copia possiderent Quanto honore et glo-
ria ipos sublimauit in celo et singulariter.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0170
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt